



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. De reliquis Officialibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

apparatu , prudentia id constituet. ^t Cathe^a , P.4.C.13.C.
 dræ publicæ in Universitatibus , aut alibi ,
 si sponte offerantur , & gratis prælegatur ,
 neque intercedat ulla disceptatio suffragio-
 rum , & oppositio , admitti possunt , an-
 nuente P. Generali . ^u Nullis Seminariis ^v C.1.D.118.
 Externorum adolescentium concedantur
 Præceptores separati ab iis , qui in Scholis
 nostris docent. ^x

^x C. 2. D.18.
 & C. 12. D.

S E C T I O III.

25.

De reliquis Officialibus.

1. S it etiam Secretarius , qui librum ha- ^{Secretarius.}
 beat , ubi omnium Scholasticorum
 nomina scribantur ; quiique eorum promis-
 sionem , citra jusjurandum , de Obedientia
 Rectori præstanta , observandisque suis
 Regulis admittat : & sigillum Rectoris , &
 Universitatis habeat : omnia verò sine ullis ^y P.4.C.17.§.3.
 expensis fient. ^y

2. Erit & Notarius ad faciendam publi- ^{Notarius.}
 cam fidem de suscep^{tis} Gradibus : & aliis ,
 quæ occurrunt : & aliquid moderatiemo-
 lumenti percipere exinde poterit ab Exter-
 nis ; dummodò nihil in Societatem redun-
 det. Ad testimonium autem Nostris red-
 dendum literæ patentes Rectorum satis
 erunt. ^z

^z P.4.C.17.§.
 3. Sint 4. & F.

Bidelli.

3. Sint & duo , vel tres Bidelli ; unus ad facultates Linguarum , alter ad Artium, tertius ad Theologiæ functiones destinatus. Hi ex Societate non erunt ; & commodum stipendium accipient, & unus eorum Cor-
a P. 4.C. 17. §. 5. & G. rector esse poterit. *a*

4. In quavis predicatorum trium facul-
 tatum sit Decanus , & duo alii Designati
 ex iis , qui melius res facultatis illius cal-
 lent ; quorum operâ Rector utetur in iis
 consultandis , quæ ad facultatem singulo-
 rum pertinent , advocato semper Cancella-
 rio , & ordinariis suis Assistentibus : & in
 iis , quæ ad omnes pertinent , omnes vo-
 centur. Quin erit Rectori liberum alias de
 Societate , vel extra eam , ad Congrega-
 tionem vocare. Decisio tamen rerum ex
 suffragiis horum non pendet ; quamvis &
 exquirenda , & habenda in pretio à Recto-
 re sunt : adeo ut refragantibus omnibus

b P. 4.C. 17. §. 5. 6. & H. & P. 9. C. 6. § 14. & R Rect. 14. nihil statuat inconsulto Provinciali. *b* Sin-
 gulis , aut alternis saltem mensibus con-
 sultationes habeat omnium Magistrorum
 infra Logicam , præsente utroque Præfecto ;
 ceterorum etiam interdum , præsente Præ-
 fecto Generali. *c*

Syndici.

5. Erit Syndicus unus generalis , qui tam
 de personis , quam de rebus , de quibus vi-
 debitur , Rectorem , & Præpositum Pro-
 vin.

Vincialem , & Generalem admoneat. Qui quidem Syndicus vir magnæ fidelitatis , & judicij esse debet. Quod officium conjungi potest cum Collateralis , vel Consiliarii officio. Præter hunc habebit Rector Syndicos particulares , ut de qualibet classe ad eum referant. ^d

6. De insignibus autem , quibus distinguentur Rector , & reliqui ejus Officiales ; an & quibus uti debeant ; statuet Generalis in qualibet Universitate , quod ad maiorem Dei gloriam constituendum esse jucicabit. ^e

^d P. 4.C. 17. §.
7. & I.K. L. &
R. Rect. 48. &c
St. R. Bid.

Insignia Recto-
ris , & Officia-
lium.

^e P. 4.C. 17. §.
8. & M. & C.
I. D. 131.

C A P U T VI.

De Pietate , & Disciplina Scholasti-
corum externorum.

S E C T I O I .

De Pietate in iis fovenda.

* I.  Iligenter curetur , ut qui Literas discendi gratiâ ad Collegia Societatis se conferunt , simul cum illis mores Christianis dignos addiscant. ^a Magistri igitur orient Deum sæpe pro suis Discipulis ; cos-

* Mores pii in
Scholasticos in-
ducendi.

^a P. 4.C. 7. §. 1.
2. & C. 16. §. 1.
& St. R. Prov.
1. & St. R.
Rect. 1. & R.
Præf. 1. & R.
com. sup. 1. &
R. Præf. inf. 1.
& R. com. inf.

B b que 1.